



Xe. 962.

FRANC. XAV. REBSAMEN,

MEDICINÆ DOCTORIS,

D E C A S

# OBSERVATIONUM

MEDICO - FORENSIUM

E P I C R I S I B U S

PHYSIOLOGICIS ORNATUM.



---

V I E N N Æ ,

apud MATTHIAM ANDR. SCHMIDT ,

Universitatis Typographum, 1780.

ИМЕНИА СВЯТОГО ПАВЛА АПОСТОЛА

СВЯТОГО ПАВЛА АПОСТОЛА.

ДЕКАДЫ

ОБСЕРВАЦИОННЫЕ

ИЗДАНИЯ ТОЛКАНОВСКИХ

ЭПИГРАФИЧЕСКИЕ

ПАЛЕОЛОГИЧЕСКИЕ



ИМЕНІУ  
СВЯТОГО ПАВЛА АПОСТОЛА

СВЯТОГО ПАВЛА АПОСТОЛА

ILLUSTRISSIMO, MAGNIFICO AC  
CELEBERRIMO VIRO  
ANTONIO LIB. BARONII  
DE STÖRCK,  
DOMINO IN JEDELSEE,  
S. C. R. AP. MAJ. A CONSILIIS AULICIS,  
ARCHIATRORUM SAC. PALATII COMITI,  
STUDII MEDICI ET FACULTATIS  
MEDICÆ  
PRÆSIDI PERPETUO,  
PER OMNES AUSTRIACAS DITIONES:  
PROTOMEDICO,  
NOSOCOMII PAZMANIANI PHYSICO,  
ACAD. REG. MED. PARIS. EDIMBURG. &c. &c. MEMBRO,  
DOMINO AC PATRONO  
MIHI GRATIOSISSIMO,  
HOC IN ÆTERNUM GRATITUDINIS  
PIÆ REVERENTIAE  
AC DEBITI AMORIS MEMNOSYNON SACRUM  
D. D. D.

AUTHOR.



DE COMPTO, MECENATIS  
CENSUARUM PRO

# DE STÖRCK

DOMINO IN JEDESE

CELESTIALIA CONVENTUS A  
ARCHIATRONUM SAC. FACULTATI COMITI  
STATUTI MEDICI ET FACULTATIS  
MEDICAE

PER EKELI PERPETUA

PER OMNES UNIVERSITATIBUS INSTITUTIS  
PROTOMEDICO

RECOGNITIONE LITERARIA IN UNIVERSICO  
CONVENTUS MEDICO ET FACULTATIS  
DOMINO AD PATRONO

IN CANTABERGIANA  
HOC IN ACADEMIA GALLICANA  
ESTATE SUMMERIANA 1700 DNI

PROTOMEDICO ET FACULTATIS  
DOMINO AD PATRONO

IN CANTABERGIANA  
HOC IN ACADEMIA GALLICANA  
ESTATE SUMMERIANA 1700 DNI

PROTOMEDICO ET FACULTATIS  
DOMINO AD PATRONO

IN CANTABERGIANA  
HOC IN ACADEMIA GALLICANA  
ESTATE SUMMERIANA 1700 DNI

## PRÆFAMEN AD L. B.

---

*N*on levis momenti institutum est, ut candidati pro inclytæ Facultatis Medicæ Vindobonensis admissione exantlatis rigorosis examinibus aliquod specimen eruditionis suæ edant: huic instituto obtemperaturus ex pagellis meis practicos casus eligere statui; verum alia idea suborta mutavi consilium, audiensque rara de medicina forensi prodire scripta, saltem in eo junioribus medicis, qui persæpe ad Physicatus, ut vocant, promoventur, antequam methodum cum judicibus conferendi addidicerint, consulere decrevi, magisque profuturum putavi, si ex pluribus observatis, quæ de medicina forensi collegi, decas eligerem, adjungeremque germanico textu relationes, quas judicibus communi-

A 3 cavi.

cavi. Quod quidem negotium eo facilius præ-  
stare poteram, quo copiosiores casus medico-  
legales mihi per octennium, quo munere Phy-  
sici principatus Hohenzollerano - Sigmaringani  
Feudo - Austriae fungerer, obtigere.

Si quis inde utilitatem aliquam hauserit,  
& primas quasdam, ita dicendo, lineas de-  
texerit, juxta quas responsa sua ad judices  
diriget, vehementer gaudabo.



Johann

E A

CON-

C O N S P E C T U S  
C O N T E N T O R U M .

---

C A S U S I.

*Puella submersa.*

C A S U S I I.

*Et submersa.*

C A S U S I I I.

*Juvenis sclopeto trajectus.*

C A S U S I V.

*Lien in medio discissum.*

C A S U S V.

*Suffocatus.*

C A S U S VI.

*Infanticidii suspecta puella.*

C A S U S VII.

*Suspicio beneficii.*

C A S U S V I I I .

*Scabies, quæ falso lepra vocatur.*

C A S U S I X .

*Frigus blandam mortem creat, si dormiens non excitatur.*

C A S U S X .

*Laqueo suspensus resuscitatur.*

C A S U S I I I .



C A S U S I V .

*Respiratio illibata perniciosa.*

C A S U S V I I .

*Respiratio obstruens.*

-CA-

AA

CA.



## CASUS PRIMUS.

Decimo nono Augusti 1775. puella 26  
annos nata N. in fluvio (Lauchert)  
territorii principalis de Hohenzollern-Sigma-  
ringen inventa, extracta, & judicialiter in-  
specta, eo minus vero exenterata est, quo  
magis putredo hanc sectionem prohibebat;  
epidermis enim quoquo cedebat tactui, &  
cadaverosus foetor adstantes fugabat: licuit  
ergo solum ex responsionibus affinium ad in-  
terrogata datis consilium (\*) combinare,  
quod,

(\*) Einem Hochfürstl. Regierungsauftrage zu Fol-  
ge ist heute eine in dem Wasser todt gesundene

A 5

Weißs



quod, cum plethorica puella saepius adseptiones hystericas, iteratosque paroxismos maniacos perpessa, atque etiam in febre inflammatoria, qua vehementer anno antea decumbebat, semper de dolore pungente,

[&amp;]

Weibsperson äußerlich nach Möglichkeit beschützt, die Eröffnung des Körpers aber nicht vor genommen worden, weil die allzustärke Faulung durch den bösartigen Gestank die nahe Atmosphär, in welcher man bey anatomischen Arbeiten sich halten muß, gefährlich macht, und die Verwesung die Gefäße in einen solchen Stand verkehret, daß es, etwas gründliches zu bestimmen, ausser aller Möglichkeit ist. Woraus die Ursache erhellet, warum dieses Gutachten nicht ganz ein legales ist.

Uebrigens sind die nach den Regeln gemachte Fragen von den Leuten, so die Todte gekannt haben, beantwortet worden, z. B. „Sie habe einen guten christlichen Wandel geführt, sie seye mehrmals von dem Wahnsinn besessen und dessentwegen einem Barbierer in B. — vor 8 Jahren schon zur Heilung übergeben worden, sie habe auch ihre Genesung erlangt, “ get,

& quasi percepto in cerebro vermiculari motu irritante fuerit conquesta, ratio sufficiens mortis inveniatur sibi violenter quidem illatae, sed a morbo exortae.

Алжир заменил СА-

„ get, sie seye immer vollblütig gewesen, auch  
„ vor einem Jahre an einem hizigen Fieber  
„ frank gelegen, und habe sich alsdann gar oft  
„ beklaget, daß sie (nach ihrer Meinung) Wür-  
„ mer in dem Gehirne habe.“

Woraus der wahrscheinlichste Schluß zu machen ist,  
daß sie hysterische Anfälle erlitten, eine Beschaf-  
fenheit zum Wahnsinn gehabt, und da das all-  
zudicke und häufige Gehlüt zu dem Gehirne ge-  
stiegen, in seinem Umlauf gehindert, die Gefäße  
ausgedehnet, die umliegenden Nerven ge-  
drückt, und das wormähnliche Kriechen nach ih-  
rem Sinne verursacht, sie aber sich in diesem  
Zustande selbst in das Wasser gestürzt, oder durch  
einen hierdurch verursachten Schwindel hineinge-  
fallen seye.

Eine hochfürstliche Regierung wird daraus ersehen,  
daß die Verstorbene keines fürsäzlich boshaften  
Selbstmordes schuldig ist, sondern dieser unglück-  
liche Fall von fränklichen Umständen hat können  
verursacht werden. Sigmaringen den 19ten August

1775.

N. Physicus.

CASUS SECUNDUS.

**D**ecima quarta Aprilis 1779. puella N.  
22 ann. in Danubium ejusdem ditionis fluvium  
submersa, ab undis ad littora trusa, putrida  
jamjam reperta, internam legalem inspectio-  
nem, vel cadaveris olici sub tangente digi-  
to diffluentis sectionem haud admittebat,  
sed attestatum medicum (\*) ex narratione

pa-

(\*) Dem von einer hochfürstlichen Regierung mir  
gewordenen Auftrag gemäß habe ich eine in dem  
Donaufusse ertrunkene ledige Weibsperson Theresia  
N. von Beizigkofen gebürtig, 22 Jahre alt,  
äußerlich nach Möglichkeit beschütget, eine legale  
Obduktion und Eröffnung aber um so weniger  
vornehmen können, als die bereits andringende  
Faulung diese gefährliche Arbeit verboten hat.  
Doch habe ich durch pflichtmäßige Anzeige vernom-  
men, daß besagte Tode mit der schweren Noth  
behaftet, und Ufiers von einem Wahmwitz befallen  
worden seye, wegen welcher Tollsucht sie ge-  
bunden, vor 5 Wochen von ihren Banden los  
gewor-

patris aliorumque incolarum, cum quibus  
denata in vita degebatur, hoc tantum collige-  
re suasit, quod maniaca paroxismos tanto  
furore acquisierit, ut stragulo alligari de-  
buerit, quibus vinculis disruptis auffugit, &  
se in flumen immersit.

## EPICRISIS IN UTRAMQUE HISTORIAM.

**T**rifstes æque, ac frequentiores casus do-  
cent, haud raro contingere, homines sibi  
ipsis violentas inferre manus, ac si non satis  
ma-

geworden, und vermutlich in dem äußersten  
Grade des Wahnsinnes in das Wasser gesprungene,  
und darinnen ertrunken ist.

Da nun diese Folge nicht von einer furchtblichen,  
sondern ganz natürlichen Ursache entstanden ist,  
so werden ihr alle jene Rechte gerne zugestanden  
werden, auf welche ein Christ Anspruch zu ma-  
chen hat. Sigmaring den 14ten April 1779.

N. N. Physicus.

malorum in vitam nostram sœviret. In his autem plerumque aut gravem morbum quemcumque, cuius immenses cruciatus & dolores vix quisquam ferre par videtur, aut affectio-nes encephali, præcipue deliria sive mitia, sive ferocia, pro causa ponи debere, historiæ morborum docuerunt, sectiones anatomicæ, degenerationes cerebri varias, ossificationes, excrescentias, spinasve, cariem, suppura-tiones, calculosave concrementa &c. &c. detegendo confirmarunt.

Cum in utraque puella sectio cadaveris ob putredinem non admittebatur, nova ob-servatione hoc comprobante destituimur, diuturnæ tamen gravesque capitis affectio-nes, quibus utraque torquebatur, similia suspicari suadent; si fors mature inventæ & extractæ fuissent ex aquis puellæ, auxilio debito subministrato, utraque salvari potuif-set: factæ ab aliquot annis in Austriae ter-ris complures desuper felices observationes confirmarunt, non desperatos omnes sub-mersos habendos esse, idem aliarum regio-

num

num fideles observationes suadent: quemadmodum, ut alia taceam, Ephemerides Parisinæ habent anno 1779. Parisiis in Sequanam delapsos fuisse centum quadraginta & aliquot, a quibus feliciter restitutos fuisse ultra octoginta legimus; quare nisi vera putredo adsit, nunquam desistendum est, quin miseris opem feramus: minima enim in illis latens vita adhuc rursus suscitari potest; ut pote cuique notum, motum cordis, pulsum arteriarum, respirationem, calorem, habitatum naturalem faciei, & oculorum, mobilitatem artuum, mentisque actiones auferri posse, quin tamen ideo mors adsit: gradus quidem ad illam proximus erit, innumera tamen felicia observata, qualia bina quoque adferam, docent, vitam minimam adesse posse, diuque continuari, ubi neque minimum quisquam de ea amplius suspicaretur. Nisi enim subito tanta machinæ humanæ destructio accesserit, qua illa inepta perfecte fiat ad vitam ulterius continuandam, alias nunquam statim de vera morte concludere possu-

postulumus; quare sapienter Augusta legē sanctum est, ut cadavera nonnisi 48. post creditam mortem horis humentur.

### CASUS TERTIUS.

Juvenis N. 17 annos natus, Mengæ (antioris Austriae civitate) 7. Septembris 1777. sclopeto trajectus, medico legali judicio propositus in suo cadavere sequentia exhibuit:

Externe plura a globulis plumbeis illustrata in utroque femore, binisque furis apparabant vulnera, duo vero globuli per os in nominatum in cavum pelvis penetrarunt, unicus tandem horum omnium sursum volitans quartam costam perforavit.

Absoluta externa inspectione ad ipsam quoque cadaveris sectionem devenimus, genuinam mortis repentinæ causam explorati;

inventus tam in cavo pelvis, quam fini-

stro

stro cavo thoracis extravasatus copiosissimus grumosus sanguis validam exhibuit a causa violenta hæmorrhagiam, quæ a majori vulnera originem duxisset; anatomicam itaque operationem protrahentes vidimus, quod iidem duo globuli, qui per pelvum sursum volitabant, intestina tenuia contuderint, iisque duo leviora vulnera inflixerint, ille vero, qui costam penetraverat, in lobum pulmonum sinistrum posticum arteriam pulmonalem perfoderit, & perfodiendo dissolverit, extimæ tandem lobi anterioris cuticulæ affixus hæserit.

Cum ergo communis theoria de vulneribus clare demonstrat, omnia ea vulnera esse absolute lethalia, quæ primo hæmorrhagiam nec sistendam nec amovendam causant, & quæ secundo respirationem tollunt, præfens solutio continui mortis hujus subitanæ causa judicanda est. (\*)

EPI-

(\*) Da ich heute von einem hochlöblichen Magistrat der vorderösterreichischen F. F. Donaustadt Men-

B

gen



EPICRISIS  
IN TERTIUM CASUM.

**H**d quod innumeræ studiose factæ observa-  
tiones docuerunt, in quod plures Celebres  
Viri

gen besonders verlanget worden, den erschossen-  
nen 17jährigen Johann Michael N. gericht-  
lich zu besichtigen, so habe ich in Gegenwart  
des Herrn Kanzleyverwalters als abgeordne-  
ten Richters, des Gerichtschreibers und zweener  
Zeugen mit zwei geschworenen Wundärzten an dem  
Todtenkörper äußerlich einen Schrottschuß wahr-  
genommen, von dem die meisten Schrotte  
in die Füße und die Schenkel eingegangen,  
zwei Schrotte aber durch das unbenannte Bein  
der Beckenhöhle durchgedrungen, und endlich  
eine unseelige unter dem Schulterblatte durch  
die vierte Rippe durchgeschlagen hat.

Nach welcher genauen Besichtigung wir zur Erfindung  
des Körpers geschritten sind, und alda sowohl  
in der Beckenhöhle, als in der linken Brusthöhle  
häufig ausgetretenes gestocktes Blut, den Vor-  
holen

Viri demonstrandum olim multum infudarunt, id ipsum tristis hujus juvenis casus comprobat, circulationem sanguinis videlicet per corpus humanum: nam cum vulnus hoc arteriae inflictum omnem sanguinem ad mortem usque eduxerit, necessario sequitur, omnem

B 2 fere,

boten einer großen Wunde gefunden haben. Die Schrotte, die durch das Becken aufwärts gestiegen sind, haben zwei kleine Öffnungen in die dünnen Gedärme geschlagen, jene aber, so durch die Rippe eingedrungen, ist in den linken Lungenflügel durch die Pulsader durchgegangen, und am äußersten Ende stecken geblieben.

Da nun die Wundenlehre deutlich zeigtet, daß alle jene Wunden absolut tödtlich sind, welche 1) eine Ergiebung machen, die weder zu stillen, noch wegzuschaffen ist, welche 2) das Athemholen aufheben: so ist offenbar, daß die einzige Schrott, die sich unglücklicher Weise von dem übrigen unten angebrachten Schusse abgesondert, und aufwärts gestoßen ist, die Ursache des so schnell erfolgten Todes seye.

Mengen den 9ten Herbstmonath 1777.

N. N. Hohenzollerischer Physicus.



fere, qui circulum obibat, sanguinem ad vulneratam arteriam fuisse delatum; sive ille in venis, sive in arteriis, sive in receptaculis hæserit. Communicatio systematis vasorum arteriosi cum venoso hodierna die non solum per anatomen, per injectiones demonstrata, sed ope microscopiorum illustrata per ipsum ratiocinium extra omne dubium ponitur: cum enim per vulneratam arteriam omnis sanguis ad mortem usque effunderetur, ille sanguis omnis in hac unica arteria hærere non potuit, nam idem contingit, quæcunque alia arteria notabilior læsa fuerit; sed fuit per omne vasorum sistema distributum, unde via undequaque libera, atque ex una arteria ad omnes, ex una vena ad omnes, & ex quacunque vena in quacunque arteriam, & vice versa patula, sequitur, quod sanguis omnis vi cordis propulsus jam omnia sensim vasa perfluat, & omni momento locum quævis guttula mutet suum. Mala equidem certe, neque ulla responsione digna eorum fuit opinio, qui ut Harveo, illustri circulationis inventori,

tori, quidquam obtruderent, dicebant, aërem esse, qui omnem sanguinem ad locum vulneratum fugeret, aut instrumentum lædens esse, quod hoc sanguinem omnem revocaret. Venit ergo sanguis vi cordis sese contrahentis propulsus, atque elasticitate, & musculari arteriarum virtute promotus ad omnia corporis humani successive loca, ubique vitam, vigorēm, calorem, secretiones, nutritionem & incrementum largiturus. Tanta sunt, quae a sanguinis perenni per vasa corporis motu, in idipsum corpus bona redundant, quae eo melius fiunt, quo perfectior ipse fuerit per vasa motus, quo liberior humorum circumductio, quo magis elastica vasa, quo irritabilitas cordis major, quo resistentiæ minores, quo minus solidi, & plus proportionate fluidi in corpore hæserit, & quo sanguinis conditio ipsa melior, magisque elaboratior, dum quo animus liberior, curis vacans, & affectibus violentis minus exagitatus.

Quantum mens in ipsam circulationem sanguinis valeat, licet ea extra animæ impe-



rium posita sit, ita ut anima pro lubitu suo neque eam excitare ablatam , neque sistere præsentem possit, patet ex iisdem passionibus : si homini, cui optime viget circulatio, subito triste nuntium fertur , quam dissimilis fit sibi , licet nulla corpori mutatio fuerit inducta , sed anima tristi nuntio perculsa , mox tota circulatio omnesque inde pendentes actiones languent , prosternuntur , depravantur.

Vide alterum, qui ex illata injuria feroci ira excandescit, quantum rursus sibi sit dissimilis , quam effræne sanguis per omnia vasa ruat , quantum actiones omnes, viresque corporis una increfcent: ita comparati sumus homines , ut perpetuo corpus ab anima & anima a corpore vicissim afficiatur.

CA.

## CASUS QUARTUS.

**J**oannes N. cum 15<sup>ta</sup> Aprilis 1777 currum  
doliis oneratum, quatuorque alacribus equis  
junctum munere suo aurigaretur, & ad prae-  
cipitum descendendum perveniret, ac equi-  
dolio forte decidente deterriti, effrænatique  
auffugerent, equo sellario dejectus, rotis fer-  
ratis obtritus, repente denatus, a principali  
regimine judicio medico mandatus sequentia  
exhibit:

In externa cadaveris superficie livida, fanguineaque striatae maculae vehementer contusionem ostendebant.

Exenteratio vero ipsa manifestabat, constam sextam sinistri lateris fractam, totum abdominis cavum fluido sanguine plenum, inundatum, & lienem in medio discissum, ac in plures partes divisum.

Nulli Anatomicorum ignotum est, lie-  
nem immediate suum sub costis spuriis sinistris

B 4 situm.



situm, & cum diaphragmate, rene sinistro,  
cum ventriculo & omento nexum habere.

Demonstratum quoque anatomicis obser-  
vationibus abunde est, lienem innumeris ve-  
narum ramis hinc inde per membranas dis-  
persis pertextum, & arteriam tribus quatuor-  
ve ramis decurrentem continere.

Conclusum itaque medicum (\*) haud  
difficile est, quod violenta lienis disruptio-

(\*) Da heute von einer hochfürstlichen Regierung  
der Befehl ergangen ist, den schnell verstorbenen  
Johann N. gerichtlich zu besichtigen, habe ich in  
Gegenwart des Herrn Regierungsekretärs N. als  
abgeordneten Richters, mit einem Wundarzt an  
dem Todtenkörper äußerlich über die sechste Rip-  
pe blaue mit Blut unterlaufene Flecke wahrge-  
nommen, woraus eine starke Quetschung alda  
zu schließen war.

Bey vorgenommener Eröffnung aber fanden wir die  
ganze innere Bauchhöhle von ausgetretenem flüs-  
sigem Blute angefüllt und überschwemmet, das  
Milz in der Mitte entzweigerissen, und in meh-  
rere Theile getheilet, so daß man auch mit Fin-  
gern dadurch fahren konnte.

Das

enormem hæmorrhagiam, & dissoluta unitas  
ad vitam necessaria mortem hanc accelerata  
tam causaverit.

## EPICRISIS IN QUARTUM CASUM.

**L**ien viscus est abdominale, quod hucusque multorum Clarissimorum Virorum indu-

B 5 striam

Das Milz nun hängt unmittelbar unter den falschen Nippen, ist mit dem Zwergfelle, der linken Niere, mit dem Magen, und dem Reize verbunden: also erhellet hieraus, daß es dem gewaltsamen Druck und der harten Quetschung nicht weichen konnte, sondern nothwendiger Weise mußte zerrissen werden.

Weiter ist das Milz von unzähligen Blutadern, welche sich in seinen Membranen austheilen, angefüllt, und tritt eine Pulsader mit 3 bis 4 Nesten dahin ein, wo denn bei Zerreißung dieses Theils das häufige Blut ausgetreten, die zum Leben nothwendige Verbindung aufgelöst worden, und der schnelle Tod erfolget ist. Sigmarina den 15ten April 1777.

N. Physicus.



striam elusit, & de cuius fabrica, actione, & affectionibus multa obscura supersunt. Etenim quidam ejus fabricam solum vasculosam adsignarunt, alii cellulas addiderunt vasculis interjectas, alii mere cellularem fabricam, alii plane inorganicam esse scripserunt; quisque sententiam suam varia præparatione, injectione, exsiccatione, &c. &c. tum humani tum animalis lienis tueri conatus fuit, parum recordatus, non in omnibus fabricam partium animalium cum humana consentire, neque licere ex animalium fabrica legitimam pro humana conclusionem ponere.

Quæ ex his opinionibus ad veritatem accessit plurimum, ea est, quæ fabricam lieni humano mere vasculosam adsignat. Non minor circa actionem lienis est disceptatio: mira enim sibi quidam ab efficacia lienis pollicentur multa, quare officia lienis ludicro ingenio plurima fixerunt: non contenti, sanguinem in liene ex vasorum dispositione attenuari, voluerunt, ut fotu subputrido, qui per proximum lienique nexum intestinum co-

lon

ion penetraret, in ipsam lienis substantiam resorpto, sanguinique lienali commixto sanguis ipse solveretur, in alcalescentem indolem transfiret, atque ita vel optime hepati famularetur: alii lienem plane e viscerum numero auferre studuerunt, atque solummodo in æquilibrium hepatis a natura positum fuisse scripserunt, quare ut inutilem massam multis animalibus exciderunt, quale etiam apud vulgus præjudicium hæret, Cursoribus, ut alacrius currant, lienem ut inutilem & potius impedientem molem exscindi.

*aditum* Neque defuerunt, qui splenem in eum scopum factum voluerint, ut atram bilem ex massa sanguinis reciperet.

Alii vero nimium lienem nobilitarunt, in eo sedem risus, lætitiae, venerisque quærentes. Sed his missis potius quantum licet genuinum lienis in œconomia animali usum determinare satagamus. Videtur autem in hepatis gratiam fabrefactus esse, cui utpote sanguinem suum, & fabrica vasculosa, & actione diaphragmatis, muscularumque abdo-

mina-



minalium, cui perpetuo expositus est, attenuatum submittit: sanguis ille vel maximam partem ejus constituit, unde postmodum in hepate bilis secernatur, cuius in digestione utilitas satis nota est; cum vero hoc præcise sit tempus, sub quo vel abundantissima bilis quantitas requiritur, & pro ea secernenda inexhausta penus in liene contineatur, sapiens natura ita rem instituit, ut lien sub ea tempora a turgente ventriculo, ab expansis intestinis, a prælo abdominali fortius agente longe magis exprimatur, & emulgeatur, quare non immerito dicitur, lienem non constantis esse magnitudinis, neque constantem sanguinis quantitatem hepatici submittere. Obscura in liene omnia: nam neque prioribus magis claræ lienis adfectiones: utpote qui frequenter inflammatus, supuratus, scirrhosus, inventitur, ubi vix signum horum malorum in vita ullum dederat. Scirri lienis & inductiones, aut si præplacet, obstruktiones frequentissime observantur, unde immedicabilis plerumque hydrops subsequens tragœdiam.

clau-

claudit: friabilem enim ejus substantiam motu musculari proprio carentem, neque valde sensilem per vitam sedentariam, per victum crudum, aliasque conditiones facile infarciri posse, quin quidquam suspicemur, nemo Medicorum inficias ibit.

### CASUS QUINTUS.

**A**ntonius N. cum 14<sup>ta</sup> Martii 1778 in caupona ferri fodinarum principalium Hohenzolleranarum (Laucherthal) per totam diem strenue compotasset, cumulationique mensura vinum adustum hausisset, ebrius ad lectum delatus, media nocte defunctus repertus, legali judicio subductus, externae inspectioni cadaveris cæruleas, lividasque vibices in dorso, sterno, & abdomine ostendit.

Apertum autem cum abdomen cavum thoracis binos pulmones sanguine grumoſo, circulationi minus idoneo, & ad summum inflam-

inflammationis gradum prono infarcitos, liventibus maculis obsitos, & sphacelo corruptos.  
Cum ergo pulmo sit machina omnium ad conservandam vitam summe necessaria, causa (\*) subitæ in præsenti casu secutæ mortis.

(\*) Dem mir gestern von einer hochfürstlichen Regierung gemachten Auftrage gemäß habe ich den in dem Laucherthal in einem dässigen Gastbette schnell und unvermuthet verstorbenen und todt gefundenen Anton N. in Gegenwart des hochfürstlichen Herrn Sekretärs N. und eines Wundarztes gerichtlich bestichtigt, und äußerlich einige Flecken von blauer, bleihähnlicher Farbe wahrgenommen, bei der Eröffnung selbst aber fanden wir beyde Lungenflüges von gestocktem Blute strohend, mit schwarzblauen Flecken ganz bedeckt, und von dem Brände ergriffen.

Hieraus erhellet hinlänglich die Ursache, warum in gegenwärtigem Falle der Tod so schnell erfolget ist. Diesen hat allenfalls noch die Lage des Verblichenen, welcher in dem Bette mit dem Kopfe nicht erhöhet, sondern eben mit dem Gesichte in das Federpolster versenket war, beschleunigen können. Sigmaring den 24ten März 1778.

N. Physicus.

tis abunde patet, quæ fors etiam situ suffo-  
cante accelerari potuit, cum denatus facie  
antrorum deorsum substrato pulvinari invo-  
lutus repertus sit.

**EPICRISIS**  
**IN CASUM QUINTUM.**

**D**uo sunt, quæ in hoc casu præcipue no-  
tare convenit, situm demortui, & effectum  
spiritus vini in sanguinem & circulationis at-  
que respirationis organa. Situs ipse id in-  
commodi habebat, ut aëris usum liberum  
omnimode auferret, quare ex sola jam hac  
causa difficultas respirationis, anxietas, pressio  
præcordiorum accedit: utpote pauca ea aëris  
vicini quantitas post breves respirationes ex-  
hausta ad novas inspirationes inepta, ipso  
calore corporis perspirantis adhuc magis hu-  
mida omnem brevi suam elasticitatem amisit,  
neque situm commodiorem quærere, autve  
obstacula respirationem impedientia decum-  
bens



bens poterat amovere , cum ob cumulatiorem  
vini usum omnem sensibilitatem amitteret ,  
mentisque non compos ægritudines sui cor-  
poris sentire par non esset.

Non minus terribiles sunt effectus vini  
adusti , majori , quam pro subiecto conveniat ,  
quantitate hausti , sive abusus ille una die ni-  
mius fiat , sive longiori tempore , sed minori  
quantitate continuetur : hinc morbi chronicci ,  
illinc acutissimi , subitoque lethales oriuntur :  
pauca de cujusque effectibus adferre censi-  
mus : ninia enim subito vini adusti hausta  
quantitas summam humoribus rarefactionem  
inducit , celeritatem circulationis auget ,  
actionem mutuam vasorum in humores & vi-  
cissim intendit , inde afficitus , calor , solidor-  
um detritus increscit , vasa minora dilatan-  
tur , crassiores humores admittunt , infarcium-  
tur , obstruuntur , vicina premuntur , motus  
humorum in partibus debilioribus , minusque  
resistentibus subflaminatur , eo plerique hu-  
mores congregantur , actionemque harum par-  
tium vel notabiliter impediunt , vel perfecte

*and*

tol-

tollunt omnem ; demonstrat autem Physiologia, debilissima viscera esse cerebrum & pulmones, utraque ob intricatissimam vasorum tenerrimorum texturam , quare mirum non est, si in his visceribus similes lethales infarctus & humorum congestiones fiant ; quotidiana vero experientia declarat, frequentius longe hæc mala pulmones , quam cerebrum obfidere : neque mirum : docet enim Physiologia, ad pulmones omnem totius corporis confluere sanguinem , qui necessario per unicum hoc viscus nullo alio in corpore exemplo transmitti debet ; declarat porro pulmones ex actione sua ita constitutos esse, ut non perpetuo eandem sanguinis quantitatem transmittant, sed sub inspiratione & sub exspiratione liberam sanguini concedant viam, minus vero liberam tempore inter utramque actionem medio ; quare cum in hoc nostro casu situs suffocationem inducens adhuc concurreret, causa facile patet repentinæ mortis ex infarctu & sphacelo pulmonum : quemadmodum subito lethales effectus subita ni-

C

mia



mia vini adusti quantitas ingurgitata infert, ita non quidem minus lethales, modo minus celeres sunt effectus lenti abusus ejusdem vini. Per continuam enim humoribus inductam rarefactionem solida perpetuo extensa tonum suum lente amittunt, vasa infaciuntur, humores coagulantur, lentescunt, tumores oriuntur irresolubiles scirrhosi, quibus lente subrexit lethalis hydrops tragœdiam terminans.

Ita nil est, quod licet salubre mediocri usu pro vita humana fuerit, non abusu qualicunque nocivum imo lethale evadat.

## CASUS SEXTUS.

**H**elena N. 21 annos nata puella, ruricolæ famula, 16<sup>ta</sup> Aprilis 1778 vi muneric sui tempestate subfrigida pluviosa rusticanos labores sub aperto cœlo per totam diem peragebat. Vespere tota quanta madefacta

tugu-

◆ ◆ ◆

tugurium redux angina inflammatoria correpta, & hac nullo remedio applicato ad 18<sup>vam</sup> usque cruciata media nocte vehementes in abdomine dolores, & repentinam enormem uteri hæmorrhagiam perpessa, septemestris quoque prolis mater facta est.

Hunc laborem non minus molestum, quam periculosum sola sine auxilio absolvere coacta est, cum ejulatus a nullo nisi a famulante puero clamore excitato fuerit exauditus; qui demum rusticam accersit, quæ ad absolutum jamjam partum adveniens profusum in copia sanguinem, & in eo natantem inveniebat prolem.

Puncto itaque infanticidii suspecta, mox quoque regimini delata est, quod mihi insinuabat, ut judicium medicum hunc super casum deferam.

Accessi, & 1<sup>mo</sup> prolem emortuum mihi proponi mandavi, externeque inspectum præmaturum inveni: nam licet magnitudinem pedis vix non æquaret, pondus tamen 5, 6ve librarum, maturitati sinceræ conveniens non



habebat. Sinister oculus erat adhuc occlusus, auriculæ membranaceæ & nimis tenues, reliqua membra bene formata, quæ prolem septimo mense editum confirmant.

<sup>2<sup>dum</sup></sup> officium erat indagandi, an in, & post partum vixerit; echimoses in epidermide apparentes, corpus nec rugosum, nec flaccidum, arteriæ & venæ omni sanguine destitutæ sunt signa circulationem sanguinis comprobantia, minus vero clare demonstrantia, cum & ad spumosam materiem ad os neonatorum hærentem, ad ipsam placentam, ad funiculum umbilicalem, & ad ipsos quoque pulmones respiciendum sit, cunctumque horum dubium reliquerit.

a) Spuma non inveniebatur ad os fors nunquam præfens, fors jam a fœminis rusticanis inconsulte detersa.

b) Placenta jam a fœminis ante meum adventum in aquam projecta.

c) Funiculus umbilicalis ad ipsum umbilicum immediate avulsus, &

d) Pul-

d) Pulmones in cavo thoracis non expansi, sed compressi, scrophulosi, & ideo in aqua fundum petentes.

Judicandum itaque est, (\*) prolem æquem tam facile in ipso partu vehementi uterini

C 3 san-

(\*) Dem mir von einer hochfürstlichen Regierung zugegangenen Auftrage zufolge habe ich in Gew<sup>n</sup>art des abgeordneten Herrn Expeditors N. als Richters, und eines Wundarztes, ein todtes neugebornes Kind gerichtlich bestichtigt, und die Frucht so beschaffen gesunden, daß ich sie als eine frühzeitige betrachten mußte. Da aber meine Obliegenheit war, zu untersuchen, ob sie in, und nach der Geburt gelebet habe, fand ich zwar einige Kennzeichen, welche die Ausübung der Lebensverrichtungen bestimmen können. Aber eben diese vorgefundenen Zeichen einzeln betrachtet, sind noch nicht zureichend, einen ohne Ausnahme bestimmten Schluß zu machen, denn es gehören noch mehrere dazu, die untersucht werden müssen: als da sind 1) die Untersuchung der Nachgeburt oder des Mutterkuchens, der ich aber nicht mehr habhaft werden konnte, weil sie vor meiner Ankunft von den unvorsichtigen Weibern in das Wasser

gewor-



sanguinis profluvio suffocatum , quam post partum morte violenta obiisse , cum funiculus umbilicalis forte propria gravitate infantis sub partu soli naturæ relicto , nulla arte suffulto fuerit ruptus , avulsus : cum præser-tim in ipsa sollicita inspectione , & sectione cavorum capitis , thoracis , & abdominis nul-lum violentiæ illatae vestigium repertum sit .

## EPI.

geworfen ward. 2) Des Schaumes , der sich sonst vor dem Munde der Neugebornen zeigt , hier aber entweder niemals gegenwärtig war , oder ebenfalls , da das tote Kind in mehreren Händen herumgehalten worden ist , unüberlegt weg gewischt ward. 3) Der Nabelschnur , welche aber unmittelbar an dem kleinen Körperchen abgerissen , und vermutlich mit der Nachgeburt in das Wasser geworfen ist. Und endlich 4) der Lunge selbst , die nicht ausgedehnt , sondern zusammengefallen , knottich war , und eben darum die Wasserprobe nicht ausgehalten hat .

Darum bleibt es zweifelhaft , ob das Kind nach der Geburt gelebet , folglich Athem geholet hat , und ich wollte eben so gerne urtheilen , daß das

Kind

## EPICRISIS

## IN CASUM SEXTUM.

**I**nquisitio suspicionis infanticidii pars est medicinæ legalis fane valde difficultis, cum tantæ ex parte fetus sint causæ, tantæ ex parte matris, quæ fetum ex vix adhuc inculta, aut modo proxima vita eripere valent.

Organa enim ipsa multiplicia, quæ sub partu agenda habent, morbo occulto labo-

C. 4

rare

Kind in währender Geburt leichter, als nach derselben, durch den starken Blutfluss ersticket, um das Leben gekommen seye, weil es seiner eigenen Schwere überlassen, auf keine Art unterschützt, durch sein Gewicht die Nabelschnur hat abreißen, und die Ursache des Todes werden können: weil endlich, und zwar hauptsächlich kein einziges Merkmal nur der geringsten Gewaltthätigkeit an dem ganz en Körperchen anzutreffen war. Sigmaring den 19ten April 1778.

N. Physicus.



rare valent, tantum sectione anatomica matris detegendo; ita exostoses in pelvis offibus a rachitica matre fetui sub ipso vitæ lamine mortem inferre possunt: vel strictura oris uteri valido spasmo correpti, atque circa collum tenelli fetus applicati apoplexiam inducit, vel circumvolvulus semel aut bis funiculus umbilicalis, unde saepe lethales ab evulsa violente ex utero placenta in matre oriuntur hæmorrhagiæ, quæ pariter, si funiculus ex umbilico fetus evulsus fuerit, quale euidem in hoc nostro casu contingere potuit, & fetum a vita fecludit, similem apoplecticam mortem adserit: taceam de aliis innumeris causis ex parte matris. Non pauciores sunt ex parte fetus, quæ sub ipsa vita limina fetum ex medio tollere valent, morbi convulsivi, quibus fetus vel plurimum sunt obnoxii, nutritio mala, aut nulla, ut alia taceam, sufficiant.

Tot periculis exposita est mox oritura infantis vita, ut nonnisi ad certissima signa vel suspicionem movere liceat, adeo crude-

liter

liter ipsas matres in suos fetus sevire posse,  
ut ipsæ violentas suis prolibus manus impo-

nant.

## CASUS SEPTIMUS.

**C**atharina N. vidua, 77 annos nata,  
Mengæ in anterioris Austriae civitate mense  
Augusto 1778. repente horrendos & copia,  
& numero vomitus acquisivit, & vomendo  
obiit.

Ex suspicione de veneficio Magistratus,  
quam ejus Politica fors juste sovebat, me  
ad explorationem postulavit. Accessi, & in-  
spectio anatomica exhibuit faciem & extre-  
mitates colore naturali præditas, abdomen  
vero usque ad scrobiculum cordis valde ten-  
sum, tumefactum.

Aperto igitur abdomine & thorace ven-  
triculus & intestinum duodenum erant illæsa,

**C** 5 omen-

omentum gangræna correptum cœruleo-fuscum.

In ventriculo nullum corpus alienum præter paucas fæces inveniebatur, quæ saepius lotæ exsiccatae cudentibus prunis inspersæ odorem allium olientem non sparere.

Pulmones quoque erant fusi, gangrænosi: hepar sanum vesica fellea ultra diametrum naturalem magna, & spissa, acri bile expansa.

Cor erat firmum, sanum, polypo, seu grumoso sanguine plenum. — Ileum vero duplicito volvulo constrictum, qui naturalem fæcibus transitum prohibuit, vomitum frequentem, inflammationem, & tam citam in gangrænam metamorphosim causavit: quia notabiliora inflammationis stigmata ad ipsam volvuli regionem apparebant.

Judicium itaque medicum clare demonstrat, (\*) volvulum subitanæ mortis causam fuisse. EPI-

(\*) Auf Requisition eines üblichen Magistrats  
der

EPICRISIS  
IN CASUM SEPTIMUM.

---

**M**orbi intestinorum, licet subinde acerbissimis doloribus ægros divexent, atque hæ affectiones non semper ex idiopathicò intestinorum vitio, frequentius ex sympathica vicinarum partium ægritudine proveniant, tam

der vorderösterreichischen Donaustadt Mengen habe ich in Gegenwart des Herrn Kanzleyverwalters N. als abgeordneten Richters, mit Bezugnahme zweier beidigten Wundärzte, den entseelte Leichnam der gestern nach vielem und heftigem Erbrechen verstorbenen Katharina N. einer 77 jährigen Wittwe besichtigt, und gefunden: 1) das Angesicht und die äußern Gliedmassen ohne widernatürliche Farbe, den Bauch aber bis in die Magengegend stark aufgedunsen; 2tens nach eröffneter Brust und Bauch den Magen und den daransiegenden Zwölffingerdarm ohne Spuren einer Entzündung, das Netz aber ziemlich schwarzbraun, und vom Brande angegriffen. Auch ward 3tens in dem Magen



men nonnunquam tacite & subdole homines occupant, lentamque ad mortem sternunt viam. Plerique horum morborum organici sunt, sensim officia intestinorum impedientes, atque solummodo tunc temporis perfecte turbantes, aut plane afferentes, quando vel ex vitio æ gri in sex rebus non naturalibus, vel ex vitio rigiditatis partium a senectute, a laboribus nimiis, aliisque causis diu latens morbus suscitatur, in actum deduci.

Magen selbst kein fremder Abrever, wie in dem Zwölffingerdarme nichts als weniger Koth gefunden, welcher öfters gewaschen, öfters ausge trocknet, über der Glut geprüft, keinen knoblauchähnlichen Geruch von sich gegeben hat; 4) waren beide Lungenflügel schwarzbraun, und brandigt; 5) war das Herz frisch, fernicht, mit gestocktem Blute angestopft; 6) war die Leber selbst in gutem Stande: die Gallenblase aber sehr groß, und von dicker scharfer Galle strohend: endlich 7tens war der Grinddarm von einem gedoppelten Knopfe zugeschnüret, der natürliche Weg zur Austretung des Unraths versperret,

ret,

ducitur, atque eo certius necant, quo diutius  
jam functiones intestinorum langebant. Sunt  
autem harum functionum aliæ pro crassis,  
aliæ pro tenuibus intestinis.

Functiones crassorum ad hæc tria capi-  
ta reducuntur: 1mo ad formationem fæcu-  
lentæ materiei, 2do ad ejus promotionem,  
& expulsionem, 3tio ad utilis humoris, si  
quis adhuc in illis contineatur, resorptionem.  
Primum officium stasi plurimum explicata-  
tur, non fermento stercoreo, quod quidam  
in cœco statuentes, sua admixtione reli-  
quias a chylo resorpto in fæces convertere  
autumabant. Secundum officium combinatis  
viri-

ret, wodurch das heftige Erbrechen verursachet,  
der Grund zur Entzündung gelegt, und die so  
schnelle Ausartung in den Brand befürdet wor-  
den ist.

Hieraus wird nun klar genug seyn, daß diese dich-  
te Verwirkung und Zusammenschnürung des be-  
nannten Darmes die Ursache berührter Folgen,  
und des Todes gewesen ist. Mengen den 12.  
August 1778.

N. Physicus.

viribus præli abdominalis & intestinalis debetur; illæ quidem plurimum in expulsione, hæ magis in promotione laborant, utrumque fit per actionem muscularum, dum nempe pressæ undique fæces eo sese reducere coguntur, uti minor resistentia est, ubi locus a viribus prementibus liber relinquitur, quorū se reducant. Tertium officium ad vasa resorbentia spectat, hæc per totum tractum disposita vasa, quidcumque utilis pro corpore humoris adhuc intra fæces latuerit, in tarda earum promotione avide hauriunt, ulteriusque pro bono corporis promovent: nimia vero si fuerit hæc resorptio, fæces duras, siccas, facile ad latera adhærentes, difficulter promovendas, sibi ipsis viam obstruentes, frictionesque & pressiones noxias efficit; resorptus autem ipse humor particulis acribus fæculentæ materiei nimum imprægnatus febrem excitat, fluida solvit, solida destruit, & putredinem inducit.

Functiones tenuium pariter ut crassorum ad triplex caput revocantur, quorum primum chy-

chylicationem absolvit, alterum resorptio-  
nem nutritii succi spectat, tertium promo-  
tionem contentorum ad crassa usque contem-  
platur. Chylificatio in ventriculo incepta, in  
duodeno continuata, absolvitur multiplicium  
humorum inquilinorum adfusione, bilis utri-  
usque, succi pancreatici, & enterici; horum  
humorum ope resolvuntur, macerantur, at-  
tenuantur, sibi intime commiscentur ingesta,  
& diversæ licet fuerint naturæ, homogene-  
am inducunt; non parum ad hæc confert  
perpetuus diaphragmatis, muscularumque  
abdominalium, & ipsius duodeni motus,  
quibus omnibus demum causis conspirantibus  
opus in ventriculo inceptum feliciter in duo-  
deno terminatur, quod elaboratissimum quem  
nunc continet chylum, jejunio tradit, in quo  
intestino altera tenuium functio perficitur;  
continet enim chylus præter succos ex in-  
gestis elaboratos, virtuteque nutriendi di-  
vites, longe maximam humorum inquilino-  
rum partem, horum ope & ipse naturam  
animalem inducit, aptusque redditur ad ani-

mal,

mal, cuius est, nutriendum, quod ut fiat,  
omnibus partibus ope circulationis sanguinis  
admovetur; ad massam sanguinis vero ipse  
ope vasorum resorbentium deducitur, quo-  
rum innumera quantitas per totum jejunum  
disposita, quidcunque satis attenuatum, blan-  
dumque fuerit, continuo fugit, hauritque,  
quamdiu quidquam chyli continetur; pul-  
chrum horum vasorum est prilegium, ut a  
chylo, quem vehant, albo picta colore, no-  
mine vasorum lacteorum insigniantur: horum  
vasorum morbi periculo sunt pleni, cum eo-  
rum actione læsa vel impedita plurima nu-  
tritio deficiat, unde corpus sponte in detri-  
mentum ruit: quod demum promotionem  
contentorum in intestinis tenuibus spectat,  
id prælo abdominali, id motui peristaltico  
tenuium debetur, inde chylus ex duodeno  
in jejunum pellitur, in eo centies volvitur,  
& revolvitur, residuumque a resorptione tan-  
dem prædominante peristaltico motu ad  
eratia detruditur.

CA-

## CASUS OCTAVUS.

**M**onica N. 45 annos nata, vilioris fortis  
fœmina ex pago Laitz, tenui victu dudum  
refecta, ob penuriam summo sæpe frigore  
vexata, inveterata turpique scabie cruciata  
14ta Januarii 1773. ab incolis communem  
publici fontis usum præfracte renuentibus,  
lepra crudeli laborare Principali regimini  
delata examini medico subducta est.

Non unum genuinæ lepræ signum, quæ ha-  
ctenus authores medici, ut immortalis saluber-  
rimæ artis protoparens Hippocrates, ejusque  
successores, Celsus, Aræteus, Avicenna, alii-  
que, immo Sacræ Paginæ commemorarunt,  
erat in nostra ægra inveniendum, sed dira,  
repensque per totum corpus scabies detege-  
batur.

Judicium itaque medicum (\*) ægram  
ab

(\*) Nachdem von einer hochfürstlichen Regierung  
mir der Auftrag gemacht worden, eine in dem

D

herr



ab invidiosa & non excusanda accusatione  
absolvendam, & curam scabiei subeundam  
suadet.

## EPICRISIS IN CASUM OCTAVUM.

---

**V**ocabulo lepræ vulgo abutuntur homines, ita ut perpauci sint morbi cutanei, qui-  
bus

Herrschaftlichen Dorfe Laß sich befindliche, und wegen einem vorgegebenen Aussaße verbächtige Weibsperson Monika M. zu untersuchen, so habe ich mit einem Wundarzte diese Untersuchung mit pflichtmäßiger Genauigkeit vorgenommen, nicht aber ein einziges Merkmal eines Aussahes gefunden, sondern an ihrem Körper wahrgenommen, daß sie von einer hbsartigen, veralteten, tief eingewurzelten Kräze geplaget war, daher ist sie von dem ihr höchst aufgebürdeten Verdachte eines Aussahes loszusprechen, und zur Heilung ihrer Kräze zu verweisen. Sigmaring den 14ten Jan-  
ner 1773.

N. Phylicus.

bus aut pertinacius consuetis remediis resisten-  
tibus, aut acrioribus symptomatibus siipatis  
nomen lepræ non fuisset impertitum.

Lepra Hebræorum in multis cum vitili-  
gine convenit, nisi quod cum illa ulcera con-  
jungantur; Cl. Lorry in tractatu suo de mor-  
bis cutancis autumat, eam immediatam a  
Deo populi pœnam fuisse; suspicatur tamen  
in multis causam mali in cibis latuisse, qui  
tenaces succos pararent, ideoque illis usum  
suillæ carnis interdictum fuisse: pariter asse-  
rit elephantiasin, seu lepram Arabum ab  
Aræteo non satis bene descriptam fuisse, cu-  
jus unicum modo exemplum in moniali vidit,  
dubitatque, an lepra unquam in Europa ad  
eum malignitatis gradum, qualem illi Aræ-  
teus adscribit, adscendere possit, licet vix  
mitior fuerit casus ille, quem Cl. Murray in  
historia sui leprosi descripsit: omnes quotquot  
sunt authores profani antiqui & moderni,  
ipsæque Sacrae Paginæ in hoc consentiunt,  
ut tumores glandularum subcutanearum du-  
ros, inæquales, scabros, prurientes, ut co-

lorein cutis ab initio rubrum , paulatim in atrum livorem conversum , ut cutem ipsam undique incrassatam , siccari , squammisque rigidis exasperatam , & fissuris profundis fœdatam , ut ulcera maligna proserpentia , cum excrescentiis fungosis , labiisque callosis , sanguinem facile fundentia , ut delapsum pilorum universi corporis , ut tumores cutaneos articulorum , superciliorum , lobulorum auriculæ , ut halitum ex ore foetidum , vocemque profundam & mutatam pro signis veræ & genuinæ lepræ constituant , quibus addunt , hanc labem per totum corpus serpere , quin & vestes , & utensilia pellicea , & quod minimum , ipsos ædium parietes inficere .

Quem nunc paucis delineavimus morbum , omnium saeculorum authores lepram Arabum vocarunt , vel etiam elephantiasin nominarunt , fors quod in hoc morbo cutis humana crassissimo elephantum corio fieret persimilis : porro etiam leontiasin dixerunt , aut satyriasin , primum quod leprosi horribili essent aspectu , fronteque rugosa , & torvo

vul-

vultu , atque excrementa eorum foetorem  
spargerent similem , qui a leonum fæcibus  
spargi asseritur : alterum vero , quod valde  
luxuriosi a quibusdam authoribus describantur.

Omni tempore hic morbus inter gravissi-  
mos , curatu difficillimos , atque ad pleraque  
remedia rebelles morbos habitus fuit , neque  
mirum , cum tanta totius cutis , & subjectæ  
cellulosæ , vasorum , glandularumque dege-  
neratio nonnisi diuturnæ adplicationi perti-  
nacissimarum causarum adscribi possit , quare  
etiam medelam exposcit , non ex leniori-  
bus remediis defumptam , sed ex celebratissi-  
mis sanguinem depurantibus electam . Inter  
antiquos præprimis Aræteus , Galenus , & in-  
ter Arabes Rhases , & Avicenna inter opti-  
ma gravissimarum etiam cutis affectionum  
auxilia retulerunt curam viperarum , cuius lau-  
des in similibus casibus non satis extollere  
potuerunt , quin imo mirabilem quasi totius  
corporis renovationem sibi inde promiserunt :  
recentioribus vero minus probata amplius  
fuit hæc methodus , & vix non qua inutilis

D 3

dere-



derelicta ; cui alia remedia satis cognita , de  
quarum penetrabili , alterante , fumminopere  
resolvente virtute totus orbis convictus est ,  
pronti innumera clarissimorum Virorum scri-  
pta testantur , substituerunt . Cum vero gra-  
ve admodum sit hoc malum , sapientissimos  
magistratus partem officii sui explere censeo ,  
si tales homines a consortio aliorum feclu-  
dant , atque ita contagio , quantum licet ,  
arctissimos limites ponant , aut impediant ,  
quo minus infantes , foeminæve , terrore ex  
aspectu talis hominis , qui tam alienam a fi-  
gura humana figuram exhibit , perculsæ , in  
graves morbos incident .

## CASUS NONUS.

**C**hristophorus N. 36 annorum vir , civita-  
tis Sigmaringanæ lanio 10<sup>ma</sup> Januarii 1775  
summa hyeme , tempestate perfrigida coëm-  
ptis

ptis vitulis noctu domum redditurus, trami-  
tem deperdidit, diutius altas nives pervaga-  
tus, duro labore defatigatus, humili procum-  
bens obdormivit.

In hoc periculoso rerum discrimine An-  
tonius N. ejus civitatis piscator eandem viam  
permeans, & a latrante macellarii cane ac-  
ceritus, totum rigidum inveniens, nullo cla-  
more eum excitare potis est.

Hic solus, omni socio destitutus, cum  
gravi portando oneri impar esset, propriis  
suis vestibus fraterne operiebat dormientem,  
& ad civitatem volitabat. Hic conductit cur-  
rum, vocat sodales, struit proprium lectum  
ab uxore dormiente calefactum, & anxia  
celeritate ad suum municipem perveniebat:  
imposuere rigidum currui, tegunt stragulis, &  
post binas horas (ab inventione calculando)  
ad lares deferunt.

Nunc imploratur auxilium medicum.  
Accessi lubens, totum quantum rigefactum  
sine pulsu apparente, sine respirationis signo  
inveni quasi exanimem; nolebam vero prius

D 4 disce-



effectus in cerebro longe minores , aut saltem longe tardiores sese manifestant , hinc sit , ut aucta sanguinis in encephalo quantitate , quæ ab aliis partibus per vim frigoris constrictis seclusa fuit , illud humoribus sensim obruatur , hinc uti a plethora , uti a rarefactione per stimulantia vina premitur molles cerebri substantia , vasa humoribus infarcta distenduntur , non eadem quantitate humores expellunt , qua recipiunt , demum sensim oppalentur , & muneribus suis quasi imparia ab actione desinunt , hinc imminuitur circulatio per vasa minora , liquidi nervei secretio impeditur , somnus accedit , quem torpor membrorum eo magis invitat , quo magis motus muscularis in frigore difficilior redditur , ita sensim circulatio per cerebrum sistitur omnis , & mors apoplectica accedit , si ars salutaris hominem non quasi ex orci faucibus eripiat .

In hoc nostro subjecto prima redeuntis vitæ signa ad impositum clyisma apparuere : neque mirum , per clyisma enim motus intefino.

storum peristalticus & antiperistalticus, qui nonnisi per incipientem putredinem deletur, subitus excitatus, unde humores vel in vasculis intestinorum contenti propelluntur, vel in intestinis hærentes a vasculis infuguntur, illi humores a motu intestinorum versus cyster-nam lumbarem commoventur, unde, qui in ea & ductu thoracico hærent, pariter ex-agitati, incipiunt in venam subclaviam de-pluere, ita sanguis brevi itinere in venam cavam, & ad auriculam, sinumque dextrum defertur, quæ atria novo hoc stimulo exci-tata contrahuntur, sanguinemque in cor pro-pellunt, unde rursus incipit circulatio, quare etiam ob resistentiam in pulmonibus positam, quam ipsi pauperculi motu automatico abi-gere conantur, plerumque prima vitæ redeuntis signa profundo suspirio inchoant: ita pariter, in animi deliquio sponte sibi com-missi, æque frequenter in vitam revocantur, quod quidem unice actioni intestinorum mo-tum humorum incipienti debetur, sic pro-vida natura pericula probe noscens, quibus

ex-



exposita esset labilis hominum vita , sponte  
prospexit , & adjumenta præparavit , quibus  
aut averterentur , aut repararentur .

## CASUS DECIMUS.

**F**idelis N. 22 annorum juvenis rusticanus  
ex pago Benzingen amorificam cum puella  
alebat conversationem , qua ab Amasiae pa-  
rente interdicta , juvenis vindicta raptus co-  
rium futuro socro furto abstulit , & facinore  
deprehensus , regimini delatus , ad carceres  
deductus est .

In his diutius retentus , melancholia  
vexatus , malum omen suspicans , ut miser-  
iae finem imponeret , mense Aprili 1778.  
fese laqueo suspendit : custos carceris post  
horam forte adveniens exanimem reperiit ,  
quod judici subito delatum , & meum ab  
hoc

hoc consilium postulatum est. Accessi & la-  
 queo adhuc suspensum inveni, abscidi fune-  
 stum funem, fenestras, januamque aperui,  
 ut aëri liber transitus esset, denudavi caput  
 collumque, accersi Chirurgum, & largam ad  
 uncias viginti institui in brachio venæ sectio-  
 nem, caput, nucham, frontem, tempora  
 aceto rutaceo perfricui, faciemque irroravi:  
 frictiones extremitatum pannis laneis sat for-  
 tes, thoracis vero ad scrobiculum cordis us-  
 que leniores institui, & en! jam signum re-  
 spirationis! quæ ore simul moto iterum tre-  
 mendis convulsionibus interrupta est. Infudi  
 xij. guttas spiritus salis armoniaci cum aqua  
 & aceto, convulsiones cessabant, continuavi  
 prioribus, signa vitæ increscabant, & mixtu-  
 ram cordialem porrexii, ex aqua florum sambuci,  
 vino, & syrupo de cinamomo, potus  
 ordinarius erat decoctum hordei cum succo  
 limoniorum & melle: collo applicui fomenta  
 ex absynthio, ruta, cortice peruviano & ci-  
 cuta in aquæ & vini partibus æqualibus cum  
 pauxillo sale armoniaco decoctis, dedi clys-  
 mata



mata emollientia, & post octiduum, dum jamjam se optime haberet, infusum ex tamarindis, manna, & arcano duplicato. Hac methodo restitutus, & sub exercitu C. R. Austriaco strenuus miles factus est, qui juxta propriam confessionem a perpetrato facinore ad inventionem usque calculando una & dimidia hora suspensus, jamjam emortuus censebatur.

## EPICRISIS

### IN CASUM DECIMUM.

---

**L**icit non sit exactum tempus constitutum, intra quod in suspensis vita cum morte commutetur, tamen magna admiratione dignum est, hominem illum, postquam per sesquialteram horam laqueo suspensus hæserit, denuo rursus quamquam post multos labores in vitam revocatum fuisse. Non minus admirationem nostram promeretur, illum sine ullo notabili malo subsequi perfectissimæ sanitatis.

sanitati restitutum fuisse: plurima cum animalibus instituta experimenta, plurimæ in hominibus similes notatæ mortes inter perparvum temporis spatium acciderunt, ex quo patet, minimam adhuc in hoc subiecto superfuisse vitam, seu intimum intra corpus & animam commercium nondum penitus fuisse sublatum, etiamsi omnis cessaret pulsus, motus cordis ex integro siferet, respiratio perfecte sisteretur, gelidumque frigus membra rigida, & sensu & motu expers corpus similimum cadaveri redderet: verum licet tot signa adsint, nunquam de vera morte judicare valemus, si deficiat cadaverosus foetor, qui intimam destructionem organorum, elementorumque resolutionem, & secessum indicat, unde corpus ipsum impar redditur muneribus in vita consuetis continuandis; quare foetor cadaverosus aut perfectæ mortis manifestissimum est signum, aut veram mortem brevissimo tempore prægreditur: inde est, quod vultures aliaque rapaces subinde aves domibus illis insideant, in quibus

bre-



brevi moriturus homo late sparsò fœtore ca-  
daveroso voraces gulas ad capiendam præ-  
dam allicit. Quod vero ipsam suspensorum  
mortem attinet, non satis certe constat, an  
apoplexia, an suffocatione pereant, utpote  
constricto per laqueum collo venæ jugulares  
comprimuntur, fluxus sanguinis per eas im-  
peditur, retardatur, aut etiam plane abo-  
letur sanguinis venosi ex capite promotio,  
unde arteriis interim ob tutiorem situm non  
interceptis affluxu ergo sanguinis ad caput  
perstante, encephalon oppletur, comprimi-  
tur, & apoplectica morte vita commutatur.  
Verum pariter non convenit silentio præter-  
ire tracheam etiam laqueo comprimi, sum-  
mam inde respirationis difficultatem induci,  
pulmones non satis extensos sanguine obrui,  
infarciri, atque tandem respirationi ineptos  
reddi.

Quæ in priori historia de respiratione  
tanquam primo redeuntis vitæ signo attuli-  
mus, etiam in hac confirmata videmus; quod  
in ea clysmata motum humorum versus ve-  
nam

nam subclaviam, cavam, & atria dextra cordis augendo diximus præstissime, id in hoc casu præstitere frictiones, quibus motum humorum incitavimus, venas deplevimus, sanguinem ad cavas depulimus, unde atria cordis irritentur: ita gavisus fui duos me ex orci faucibus homines feliciter eripuisse, ovantesque non solum vitæ, sed perfectæ sanitati restituisse: quod cum ad *Excelsum Regimen anterioris Austriæ* relatum fuisset, *Illustre illud tribunal maternis Augustissimæ MARIAE THERESIAE* mandatis obtemperaturum me munere ab *Augustissima* cuivis constituto donavit, qui hominem mortuum visum in vitam revocaret, & hac de re sequenti rescripto, (\*) quod coronidis loco addam, certiorem reddidit.

(\*) Nachdem diesseitig K. K. B. De Regierung und Kammer in dem an Allerhöchstes Ort unterm 28sten April erstatteten Berichte durch die beylegte gerichtliche Urkunde hinlänglich erwiesen, daß der Sigmaringische Stadt- und Land-

E

Landschafts - Physikus Nebسامن den durch Ges  
ni h frost in die nächste Todesgefahr gerathenen bür-  
gerlichen Mezgermeister Christoph Aicheler, und  
einen erhängten Gefangenen Namens Fidel Koch  
durch seine in Zeiten angewendete Arzneimittel  
und guten Fleiß noch bey Leben erhalten, und  
dadurch die durch Allerhöchstes Patent vom  
15ten Junii 1769 auf jeden derlei Fällen mit  
25. Gulden verheissene Belohnung verdienet  
habe:

So verordnen Thro K. K. Apostol. Majestät ic.  
vermittelst Allerhöchsten Decreti ex Camera  
aulica vom 24ten Junii & pass. 18ten Julii  
Allergnädigst, daß ihme Nebسامن, welcher  
ob bemeldte zween verunglückte Menschen gerettet,  
und ihnen das schon abwachende Leben und die  
Gefährlichkeit erhalten hat, seine zusammen mit 50.  
Gulden verdiente Belohnung gegen seine Quit-  
tung bey dem B. De. Kammerzahlamt ange-  
wiesen, und derselbe hiernach unter einem ver-  
scheidet werden solle.

Solch Allerhöchste Entschließung will man andurch  
ihme Doktor Nebسامن zur trefflichen Wissen-  
schaft, und hiernachiger Benehmung intimando  
mit deme eröffnen, daß wegen Bezahlung ge-  
dachter 50. Gulden unter einem das K. K. B.

Dr.

De. Kammerzahlamt angewiesen werde. Frey-  
burg den 27ten Julii 1779.

R. R. B. De.  
Regierung und  
Kammer.

(L.S.) Ferdinand Karl Frh. v. Ulm.  
von Schmidfeld.

ex officio.









ULB 2305  
S

ULB Halle  
005 315 700


3



Gep. N. C.



B.I.G.



FRANC. XAV. REBSAMEN,

MEDICINÆ DOCTORIS,

D E C A S

# OBSERVATIONUM

MEDICO - FORENSIUM

E P I C R I S I B U S

PHYSIOLOGICIS ORNATUM.



V I E N N A E,  
apud MATTHIAM ANDR. SCHMIDT,  
Universitatis Typographum, 1780.